Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



18

cursum solis & lunae quia sunt solares dies sunt & luna
resiuxta calculatores seu quia antequam formarent
horae; Hamscriptum est; Fecit luna in tempora sol
cognouit occasum suum; sed quaerendum est sicoepta hic
sunt tempora & incipiunt dies articulis & momentis hora
rum decerni quid dicendum est de illo spatio qd fuit usque
ad quartum diem. Numquid tempora fuerunt? Sed quo
dam modo tempora fuerunt sed non est illud spatium distinctum
articulis horarum ut modo distinguuntur sed pertransit
quia sol non erat quo discernerentur; tali modo factum est
quo dam modo sic nunc agitur quando sol nubae tegit
& tempora non possunt distinguii sed tamen spatium diei
transit. DIXIT IGITUR DS; PRODUCANT AQUAE REP v. 20.
TILE ANIMAE UIUENTIS, ET UOLATILE, USQUAE BENE
DIXIT EIS DS DICENS: CRESCITE, ETCETERA.

Hic ostenditur, quia reptilia & uolatilia uniusna
turae sunt atque originis; Sed nomine aquae etiam
aer istae intelleguntur qui & a sapientibus aquis deputatur
eo qd e exaltatione aquarum euaporando pin
guescit & uolatus animum suscipit; Nisi quandam crassi
tudinem haberet uolatus illorum non sustineret;
Unde estiuo tempore quando serenum est terram
inrorat & guttae apparent. & nisi aqua aliquid